



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

si [con]fessa fuerit q[ui]s [con]fessor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De ordinum sacramento.

Contra

Sed contra. superior prelati non debuit se intromittere de administratione sui inferioris. utpote metropolitani sui suffragani. nisi in determinatis casibus. igitur cum beata virgo esset specialiter beata Johanni commissa ab ipso debuit recipere sacramenta

Rō prima

¶ Quinto de sacramento ordinum. ut ista beatissime virginis plenitudo prophetat et illam gratiam que per se habet ordinum sacramento

Evidet quod sic. Ordo ei est ad multiplicandam fidelium spiritualium. scilicet multum peccato spiritualis pertinet ad matrem spiritalem. beata autem virgo est spiritualis mater omnium fidelium. igitur ipsa debuit habere ordinis sacramentum

¶ Item penes ordines distinguuntur in ecclesia dignitates ut patet in papa. archiepiscopo etc. Sed beatissima virgo in ecclesia continet summam dignitatem. igitur et supremum habuit ordinem. Item ecclesiastica hierarchia est ad exemplar celestis hierarchie formata. scilicet in celesti hierarchia dicitur Dionysius omnes superiores habent proprietates inferiorum et excellentius. igitur in ecclesiastica hierarchia sic erit. sed beata virgo in ecclesiastica hierarchia fuit suprema et dignissima persona. igitur habebit dignitates et proprietates inferiorum et sic habebit omnes ordines. Item character ordinum est character excellentie. igitur potissime meriti ei que omnes creaturas excellit dignitate. Item apostolus Omnis aia potestati subdita sit sublimioribus. Sed beata virgo nulli potestati humane subdita tenebatur esse. igitur fuit suprema ordine et dignitate. Item cui inest manus et minus poterit inesse. sed magis est quod per aliquem pensum et verbum de carne propria formetur corpus dominicum quam per eius ministerium panis transformetur in ipsum corpus. primum enim facit esse matrem dei. secundum autem ministrum christi. Sed primum in beatissima virgine factum fuit. igitur et secundum fieri potuit. Item si mulieribus per maledictum impositum fuit quod non sint susceptive sacrorum ordinum. ab hoc maledicto immunis debuit esse que ab aliis mulieribus excepta fuit. eo quod sola inter mulieres benedicta fuit. igitur si mulieres non debent ordinari quia mulier initium peccati fuit. igitur per oppositum illa ordinari debuit que omnibus principium vite fuit. Item quecumque causa in aliis mulieribus generalis fuit beatam virginem excludit que non de numero omnium fuit sed super omnes fuit iuxta illud Nester. xv. Quid habes nester ego sum frater tuus. et infra Non enim pro te sed pro omnibus hec lex constituta est. quasi diceret tu non es de omnibus sed super omnes.

Primo

¶ Iuxta hoc quare mulieres ad sacros ordines non promoveantur. Si dicatur quod hoc est propter originem culpe per eam transmissam. non videtur quod hoc stare possit quia pro illa culpa beata virgo satis fecit. igitur non consurget duplex tribulatio. et deus bis in idipsum non iudicavit. Si autem dicatur quod hoc fit propter sexus indignitatem et naturam. hoc non potest dici. quia maior est indignitas culpe